

capere cupit: illa vero frutetum, quo se is conjecerit, urget, idq; concutiens, ab assiduo cursu non sinit conquiescere, itaq; is item excurrit, illa quoq; non se ad insequendum tardans, currere insit. Cum autem continentur ex alio alias cursus hunc vigiliis, diu multumq; fatigatum exceperit, currendo fessus & laboribus succumbit, & longius procedere desistit: ipsa vero cōsecuta cum ipsam non sane cursu, sed longinquitate temporis & captiosā investigatione comprehendit. *Ælian.* l. 13. c. XI.

## C A P U T X X X I X.

## Vestigia.

**L**eporis vestigia multum hyeme procedunt, quia longæ sunt *Vestigia noctes*: parum autem æstate, quia è contrario sunt breves. Nec vero suboleant hyeme, cum primum calorem suā vi contrahens, geluq; claudens in se contineat: & cum hoc fuerit torpescētibus naribus canes sentire non possunt, priusquā sol dies vē procedens omnia resolvat. tunc & canes odorant & ipsa dum percutruatur vestigia redolent. Ea vero delet & ros multus superincumbens. Imbres etiam qui per anni tempora gignuntur, odorem ab humo rapiētes, olfactum donec exicetur difficulter reddunt. Sed australis tempestas deterior est: nam humectans diffundit; septentrionalis vero si serena fuerit contrahit & servat. At vero Pluvias & rores innudat. Luna etiam halitum extenuat & si plenilunium fuerit, & vestigia tunc quidem incertissima sunt. Nam exultantes ad Lunam lepores inter se collidunt, & ea longissimè dissipantes ditimunt: sed perturbatissima sunt, cum ea vulpes antea pertransierint. Ver propter anni temperiem valde clara præbet vestigia: quanquam terra sicubi florēt canibus nocet, dum in unum spirantes confundit odores: sed exilia æstate sunt & ambigua. Nam terra fervens abolet quicquid halitus habens. Est enim tenuis & canes tunc minus odorant, quia resoluta sunt corpora. Verum autumno pura sunt vestigia. Quæcunq; enim terra producit, & domestica jam reposita sunt, & agrestia situ labefactata, ut fructum odores nō superent quibus occupentur. Et hyeme & æstate & autumno